



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Virtute Religionis, Et Ei Annexis; Continens quatuor Tractatus
Theologiæ Moralis præcipuos. Primus, in ordine decimusquartus, de
Iuramento, & Adiuratione. Secundus, de Voto. Tertius, & charior Authori,
de statu Religioso. Quartus, de vitiis oppositis Religioni

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

An requiratur, simoniam esse compleram, vt pœnas impositas ipso iure
simoniacus contrahat. punct. 22.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76572](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76572)

PVNCTVM XXII.

An requiratur simoniam esse completam, ut penas impositas ipso iure simoniacus contrahat?

S V M M A R I V M.

1. Pro simonia mentali in quacunque materia sit, nulla est imposta pena.
2. Pro conventionali ex neutra parte completa nulla est pena.
3. Si beneficium, ordinem, aut Religionem receperit, sub parte pretij promissi data penas ipso iure latas contrahat.
4. Si solum sub promissione pretij negant plures.
5. Probabilius est oppositum.
6. Sed posita priori sententia, si post multum tempus beneficii recepti detur pecunia promissa, an retrotrahantur penas ad tempus beneficii recepti? Affirmant aliqui.
7. Contrahat est probabilius.

1. Pro simonia mentali in quacunque materia certum esse debet, nullam penam impositam esse, neque aliquam viri obligationem admittendi beneficium, neque premium receptum, est communis sententia doctorum, ut videri potest in Lessio cap. 35. dubit. 23. num. 130. Suarez cap. 5. num. 10. Gutierrez canon. q. lib. 2. cap. 23. a. n. 31. Tolet. c. 93. num. 2. fine. Paris de confid. q. 26. n. 40. Gare. innumeris relatis 7. p. de benefic. c. 1. num. 41. Probantque omnes ex cap. mandato de simonia: ibi eoque pro simonia huicmodi (scilicet mentali) non tenet, sed per solam presentiam suo satisfacere creatori. Neque obstat usurarium mentalem teneri ad restituendum, cap. consil. de usuris. Intelligitur enim quando mutuarius dat coacte ratione mutui, fecus quando liberè, & sponte dat, esto mutuus iniquam habeat intentionem recidit ratione murui, vt multis allegatis docet Garcia *supr. num. 47. & 48.* & Valent. dif. 6. q. 16. p. 6. pag. 1693. Et ratio est, quia in usura efficit iniustitiam in voluntariè danti ultra somum: in simonia autem solum sit iniuria rebus sacris, quatenus ac si venales essent tractaurerint.

2. Secundum est dicendum pro simonia conventionali ex neutra parte completa nullas esse penas ipso iure impositas, v.g. promissi pecuniam, si tibi beneficium daretur, ex vi huius promissionis ante dationem pecuniae, vel beneficij, nequamanes excommunicatus, neque suspensus, aut alia pena irrestitutus ipso iure, esto gravissime peccaueris. Ratio est, quia omnes textus de hac materia loquentes postulant rei spiritualis receptionem, vt constat ex omnibus ferè capitibus 1. q. 1. & ex extranag. 2. de simonia, inquit etiam preium debiles, si tamē Ordinem, aut beneficium ratione illius non recipies, nullam penam incurteris; quia iura imponens personam simoniacis requiriunt traditionem rei spiritualis, vt constar ex adductis iuribus praecipue cap. Præbiter 1. q. 1. ibi si per pecuniam Ecclesia obtinetur, & c. quo confiterit, c. qui quis, c. salvator, c. experientur, c. ex multis, & alijs. & c. non satis, c. insinuat, de Simonia. & in extranag. 1. vbi de ingressu Religionis est sermo; dicitur non pro ingressu aliquid exigat, sed eas porias cum omni puritate recipiat, &c. & qui fecus egerit, &c. Ergo quovis recipiens detur non incurrit villa pena, & in extranag. 2. qui est praecepitus textus loquens de penas simoniacorum dicitur, qui simoniae ordinati fuerint, & infra, qui quomodolibet dando, vel recipiendo virgine beneficia, de quibus supra. Sit ergo certum, & indubitatum, nullam penam ipso iure incurri propter simoniam conventionalem, etiam subfœcute traditione pretij: & ita tenet omnes doctores, vt testatur Suarez lib. 4. de Simonia. c. 56. n. 16. & tradit optimè Gutierrez. canon. quæst. 9. à n. 8. 9. 10. & seqq.

3. Difficilis vero est, an requiratur ad penas incurandas simoniam completerat esse ex vtrique parte, hoc est & premium esse datum, & beneficium receptum, vel sufficiens si recipere beneficium, vel ordinem sub promissione pecunie dande?

Et quidem si beneficium recipisti, & premium aliqua ex parte soluisti, licet non integrè, omnes Doctores affirmant, ut testatur Suarez. *supr. n. 17.* sufficiens esse ad penas incurandas rationem reddit, quia illa simonia iam est completa ex vtrique parte, siquidem res spiritualis data est, propter premium solutum; sicut est contra si convenient facta est de dandis septem ordinibus pro centum aureis, & illis solutis incipere ordinari, statim in primum gradus esset consummata simonia, & pena incursa non minus quam si pro illo solo rotum premium esset receperum.

4. Verum quando receperisti rem spiritualis, scilicet ordinem,

nem, aut beneficium sub promissione pecunie solvenda, neque tamen soluisti. Est prima sententia negans te incurire penas à iure inflatas: ita Navarr. in repetit. c. fin. de simonia à num. 28. & in c. si quando, de Re script. except. 4. & in fin. c. 23. à n. 103. & alius in locis cum Calliodoro decisi. 5. de constitut. & sequitur Satnen. de triennali quæst. 12. in fine. Zevola in tract. Episc. 1. p. verbo simonia. 9. Couart. in reg. peccatum. 1. p. 9. num. 7. Salzedo in præd. crimin. Diaz cap. 91. lib. D. D. Ioann. Gutierrez. canon. quæst. lib. 1. c. 9. num. 10. Flamin. Paris de resign. lib. 7. q. 2. num. 16. & de confid. q. 1. m. 14. & 18. Man. Rodig. 2. r. sum. c. 55. n. 3. fine, & c. 6. n. 6. Valen. dif. 6. q. 16. p. 6. vest. præterea. pag. 1675. Lellius. Suarez. Aula. Azor. Gonzalez. & alii innumeris relati à Garcia 8. c. de benefic. c. 1. num. 19. Est enim haec communis sententia. Fundamentum est, quia ira habet stylus curia, neque pena extenderet sunt, sed restringendæ, præcipue cum extrahendendæ restabile æquè de datione, ac receptione pretij, & beneficij loquantur.

5. Nihilominus etiæ supradicta sententia probabilis apud multos sit, ex istimo spectato iure probabilitatem esse quæ affimat ex datione, vel receptione rei spiritualis sub promissione praefit penas inflatas in iure incurti. Tenet hanc sententiam Castelan. 2. 2. q. 100. art. 6. & t. 2. Opus. tract. 9. de simonia. quæst. 2. & in summ. verbo simonia. Soto lib. 9. q. 8. art. 1. Valen. 3. t. dif. 6. q. 16. p. 6. Tole. lib. 5. summa. 92. num. 3. & alii pluribus relatis à Garcia 8. p. c. 1. a. num. 28. & a. num. 31. & probat variis decisionibus Rotæ hanc sententiam ex styllo curia esse receptam, & Sua plures refert. c. 56. n. 26. & in hac parte se inclinat & probatur ex c. ea que 1. q. 3. vbi Gregor. VII. sic ait. Ea quæ à sanctis Pontificibus de simonia clausa sunt, nos quoque & iudicio sancti Spiritus, & Apostolica autoritate firmamus. Quidquid ergo vel in sacris ordinibus, vel in Ecclesiasticis rebus, vel data, vel promissa pecunia acquisitione eius nos irritum esse, & nullas inquam vires habere contemnam. Ergo quando beneficij collatio acquiritur propter promissionem pecunia nullas vires habet, sed irrita omnino est, & similiter si accipiaturo ordo, nullas vires habebit scilicet quodam viam. Ergo iam penas impositae simoniacis incurruunt, etiam si simonia non sit ex vtrique parte completa. Deinde in extranag. 2. dicitur de ordinatis simoniacis, vt sint ab Ordine suspensi, qui autem sub promissione pecuniae Ordines receperit, simoniae c. illis recipit, & non gratis, vt constat, iudicile ergo in penas. Idem colligitur ex c. 2. de confessi ex c. penalis de simonia; ibi: promissionem, vel iuramentum ab illo recipiens. Et ex c. nobis, eodem tit. Vbi electionem sub promissione pecuniae faciat dicitur esse penitus reprobandum. Quæ verba denotant nullitatem ipso iure, vt ponderat Felius, in c. insinuat de simon. & Garcia *supr. n. 23.*

6. Verum quia primam sententiam diximus esse fatis probabilem, & in praxi secutam, & pro qua testatur Gutierrez, sic iudicatum. Ea supposita dubitan doctoris, ac consequens beneficium sub promissione pecuniae, & illam post multum temporis solvens, & incidat taliter in penas simoniacorum, ut ipsa pena censeatur incurse quodam omnibus suis effectibus, ac si à principio passionis sufficeret incurse, quæ vocatur retrocessio. Affirmant Lessius cap. 35. dubitat. 27. num. 151. cum Navarr. cap. 33. num. 104. & explicat variis exemplis. Vnde in sententia horum doctorum, si illo intermedio tempore recipisti aliquid beneficium, collatio nulla est, ut potest facta inhabilitate.

7. Nihilominus dicendum est in foro conscientia nullam penam, neque censuram contrahit: quæ retrocessauit ad tempus passionis. Et primo de excommunicatione est evidens, cum excommunicatione non incurritur nisi ob communionem, quæ (hac opinione supposita) non committitur quovis solitus premium: illo vero solito retrocessio non potest, sicut irregularitas ex homicidio una consummatur, quando morte consummatur, neque potest retrocessio ad tempus ini. si vulneris, quia pro toto illo tempore neque fuit excommunicatus, neque irregularis. Ergo per nullam potemant fieri potest ut fuit excommunicatus aut irregularis, ut bene probat Suarez. c. 56. num. 37. & 38. Idem probat collationem beneficij recipi validam esse, non tenet dimictere beneficium, nisi premium solueris, & in num. 56. inclinat in foro conscientia te non tenet fructus perceptos illo medio tempore restituere, neque obligatum te esse dimictere beneficia acquisita illo intermedio tempore, quo non soluisti premium: quia hec omnia iam suum effectum sortita sunt. Quocirca solum in foro exercitor, & post condemnationem semit fructus illo intermedio tempore perceptos debet restituere; & adducit pro se Navarr. c. 25. n. 204. vñl. non ignorare. & Lessius dub. 27. in fine.

PVNCTVM